



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quid debeat explicare illegitimus, quando petit dispensationem? parag. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tamen signatè ponuntur, quia frequentius pro hoc capite peti, & concedi ejusmodi dispensationes solent.

Signa Dispensationis ampla, vel stricta.

4. Primo enim dispensatus ad Ordines (si nihil aliud addatur) intelligitur solum a dispensatus ad Primam Tonsuram, & ad Minoras. Di-
co (si nihil aliud addatur) nam, si notum dis-
pensant fuerit potenter dispensationem suisse
Ordinibus Minoribus initiatum, intelligitur de
omnibus b Majoribus, secus dispensatio nihil
operaretur, & esset inanis.

5. Secundò. Dispensatus ad Ordines, atque
ad eum ut dictum est, ad Minoras non e intelligi-
tur dispensatus ad Beneficia, quia, est res sepa-
rabilis Ordo Minor à Beneficio, unde non se-
quitur, concedi hoc, si concedatur illud.

6. Tertiò. Dispensatus ad Beneficium in-
telligitur solum dispensatus ad Beneficia sim-
plicia.

7. Quartò. Dispensatus pari modo ad Bene-
ficium, non e intelligitur, nisi ad simplex, non
vero ad curatum, nec ad Canonicum, nec ad
Dignitatem Ecclesiae Cathedralis.

8. Quinto. Dispensatus ad Beneficia Sæcu-
laria non fintelligitur Dispensatus ad Regula-
ria, etiam si ipse fiat Regularis.

9. Sexto. Universaliter Dispensatus in uno
aliquo genere determinato v. g. ad Dignitates,
non g intelligitur ad B'nficium Curatum,
Dignitates enim in Cathedrali, vel Collegiata
non includunt curam animarum.

10. Septimo. Dispensatus ad Dignitates,
etiam si dicatur: *Dispensatio ad omnes Digni-
tates*, non h intelligitur ad Episcopatum, quia
Episcopatus propriè non est Dignitas, sed cul-
men Dignitatis, licet, ut probabile contrarium
admittat, & certè merito, Merolla.

11. Contra, Dispensatus ad omnes Ordines,
& intelligitur etiam de omnibus Sæctis. Dispens-
atus ad Ordinem Superiorum v. g. Diaconi-
atum l'intelligitur etiam de Inferioribus v. g.
de Subdiaconatu, non vero de Superioro v. g.
de Sacerdotio.

12. Dispensatus ad Clericatum, seu, ut fiat
Clericus m intelligitur ex Sanchez de omnibus
Minoribus, licet intelligi solum de Prima Ton-
sura teneant Aliqui. n

13. Dispensatus ad Ordines Sacros e intelli-
gitur, etiam de Beneficio simplici, quia Ordo
Sacer ex Jure semper debet ex a Tridentino

conferrī possidenti Titulum Beneficii; habens a Trident.
enim Patrimonium, vel Pensionem, solum ex dispensatione Episcopi potest, ex eodem Con-
cilio, promoveri.

14. An dispensatus ad Beneficium majus
possit legiūmè suscipere Beneficium minus?
v. g. Dispensatus ad Episcopatum possit suscipere
Dignitatem Cathedralis Ecclesiae, vel Dis-
pensatus ad Archiepiscopatum possit suscipere
Episcopatum, discrepant Doctores. Negant
Sanchez, b alio. Concedunt multi apud
eundem Sanchez, quos sequitur latè Prates, c
Id vide latius apud dictum Sanchez, & apud
Merol. d

15. Sed adhuc Quæres Primo, an Dispensa-
tus ad Beneficium intelligatur dispensatus ad
pensionem?

Respondeo. Nobis, qui sustinemus proba-
bile e esse, Irregularē posse acquirere puram
pensionem, etiam Ecclesiasticā facilis est hu-
ius quæstionis resolutione. Dicimus enim super-
fluum nobis esse quærete, an Dispensatus ad
Beneficium intelligatur dispensatus ad puram
pensionem. Nos enim negamus adacquirendā
pensionem opus esse dispensatione. In senten-
tia corum, qui id non admittunt, is querat, cui
otium est id quærendi.

16. Quæres Secundo. Si Orator, id est, is,
qui perit dispensationem, postuler abolutè dis-
pensari sibi in defectu Natalium, & Pontifex ab-
solute respondat: (*Dispensamus*) quomodo
interpretanda est ejusmodi dispensatio?

Respondeo. De rigore Juris strictè, atque
ad eo ad unicum tantum actum, seu effectum,
puta ad solum Ordines Minorēs propter ratio-
nem modo nu:z. dictam. At de sylo Cutiae, lar-
ge, atque adeo ad omnes effectus, quos Pon-
tifex potest, Ratio est, quia Pontifex nunquam
solet dispensare sic abolutè (*Dispensamus*)
nisi, quando vult habilem reddere Oratorem ad
omnes effectus, à quibus Irregularis arecatur.
Et sub hac distinctione interpretandi sunt Suar.
f & alii, dum dicunt, Dispensationem abso-
lutè datam concedere omnes effectus.

§. VII.
*Quid exponera debet illegitimus, quando
petit dispensationem.*

Vbi
De illa clausula (*Dummodo incontinentia Pa-
terna imitator non sit.*)

QUAMvis, spectato Jure, aliqua pos-
set tacere Orator, seu postulans Dis-
pensa-

a Trident.
fessi. 21. d.
Ref. cap. 2.

b Sanc. I.c.

n. 32. Sayr.
do Cens. l.

6. c. 11. nn.

22. 29. 30.

c Prae. in

manu. c. de

Irrig. d. z.

p. c. 10. n. 19

d Merolla

lo. cit. n.

66.

e Supra e.

5. § 3. n. 10.

penitentem Natalium; spectato tamen stylo Curiae, qui certe ne in multis ambiguitates, & scrupulos involvatur, est observandus, scito, hanc Dispensationem non subsisteret firmiter, nisi exprimatur decretus, super quo dispensari debet, omnesque illius qualitates, quibus mortuus Pontifex potest, ad gratiam concedendam, negandamve. Quare exprimendum est, an Parentes fuerint soluti, an conjugati, an Voto solenni Castitatis adstricti, an per Adulterium, vel Sacilegium ex utraque parte patrum, an per incestum ex affinitate, vel consanguinitate, & quo gradu. **Ra** a Corradus, aliquique.

a Pyr. Cor-
radus in 2. Addit ibidem Corradus, id etiam esse praxi diff. custodiendum ab iis, qui petunt dispensationem à suis Superioribus Regularibus, quando muel. de e-
bis c. 1. Sa-
ec. corr. Leandri loc. cit. qua st. 54. probabile judicat,
22. fo. mihi tunc qualitatem illegitimationis, non necessaria. **Leandri explicandam**, quia Superiores Regulares **de I-reg. d.** semper intendunt tollere absolute hanc Irregularitatem ex quaunque tandem causa pro-
4. q. 61. & venerii. Certe id probabile esse, inficiari nolo.

3. Huc per occasionem reducamus explanationem illius clausulae, quae solet apponi in rescripto hujus dispensationis, scilicet (*Dammodo incontinentia Paterna imitator non sit.*) Nec profectò alia explicatio requiritur, nisi, ut videamus, an conditionem importet, ita, ut, si ea non servetur, nulla sit dispensatio..

b Mando. 4. Respondeo, Mandonius b dicit, non inducere conditionem; si enim esset conditio infinita (inquit) dispensationem nullæ reddentur. **P. & Pates censet, incontinentia, si sit notoria, dispensationem subdeta clausula, fore sullam, nihilque Oratori favere, quia notoria incontinentia maximè est detestabilis Ecclesia, at fore validam, ait, atque Oratori favere, si sit occulta.**

c Prates. c.

S. VIII.

*Quis Dispensare potest in Irregularitate &c
afectu Natalium?*

DE summo Pontifice non est dubium. **De Praelatis Regularibus, & de Commissario Bullæ Cruciaz & innus supra. Nunc ergo scilicet est de Episcopis agendum.**

1. **Dico Primo**, nec Episcopum, & consequenter nec Capitulum, Sede Vacante, nec Vicarium Generalem, &c. posse dispensare illegitimum ad Ordines Sacros, nec ad Beneficia Sacros Ordines requiringia. **Fatetid ex universali doctrina, qua inferior non potest dispensare in lege Superioris, &c.**

faci doctrina, qua inferior non potest dispensare in lege Superioris, &c.

3. **Dico Secundo**, posse ratione Episcopum ad primam Tonitram, & ad Ordines Minores dispensare cum quoconque illegitimo fute Decesis etiam ex copula damnata, ut item ad illa Beneficia simplicia, quae non requirunt in accipiente, nisi primam Tonitram, vel dictos Ordines. Ratio est, quia id concedit ipsi Jus & commune, ut communiter noratur à Doctoribus, b immo si adstat aliquod Beneficium simplex requirens Ordinem Sacrum ex Instituto ipsius Episcopi, & non ex Jure communis, sane, quia Episcopus poterit iunctu suo statuto ex causa dispensare, poterit item ex causa admittere illegitimum ad tale Beneficium.

4. **Hic**, quia saep id non advertunt Episcopi, illud moneo, quod alibi universaliter dicum est, nempe ad dispensationem expedientiam circa disposita à Jure debere multo magis adesse causam rationabilem, secus iritatem eius, nec solum illicitam; ad ea enim, que sunt Juris communis, non habet Episcopus absolutam potestatem, &c.

5. **Dixi** (sue Decesis) ut notarem, suo familiariter triennali, si is fuerit alterius Decesis, non posse Episcopum hanc dispensationem conferre; sunt enim duo privilegia, Admittere illegitimum ad Ordines, & Dispensare eundem in Natalibus. Quare, quamvis Episcopus illud possit, non potest hoc, quia potestas dispensandi, non extenditur ad diversa, quae separata subsisteret postulat, & a separatis non fit illatio.

6. Non nego tamen, posse Episcopum hujus Decesis, admittere ad Beneficium simplex ad Auditionem, qui à suo Episcopo fuit dispensatus ad Ordines Minores, ijsque fuit rite initiatus, quia tunc impedimentum illegitimi sanguinis jam non ablatum à suo Episcopo, quoad hunc effectum, fuit.

7. Ex dictis sequitur, posse d' Episcopom d' Barb. dispensare illegitimum ad Canonicatum Ecclesie Collegiatæ, etiam Insignis, non requiringi p. 2. alterum Ordinem Sacrum, & ad dimidiias portiones, & ad inferiora Beneficia Ecclesiæ Cathedralis, etiamsi his accessione sit adjuncta qua cura animalium cura: hæc enim sunt Beneficia ex parte T. d' Episcoporum.

8. Contra, sequitur, non posse Episcopum dispensare prædictum ad Canonicatum Ecclesie Cathedralis, quia Tridentinum e his Canonicibus adnexuit Ordinem Sacrum. Cum R. formo